Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et rerum. Vt autem alie anime fierent in honore. alie in contumelia. ma
teriarum causarum merita pcesserunt. Et in eodem loco. Juxta nos autem cep
cedentib, mortuus uas qd in honore fuerit fabricatum. si non dignum uoca
bulo suo opum fecerit. in alio secto fiet uas contumelie. Et rursum. uas alu
ud quod cecinerori culpa contumelie. nomen acceperat. Si in psentiu
uita corrigi uoluerit in noua creatione fiet uas sanctificatum. et utile dno
in omne opum bonum paratum. Statimq. subiungit. Ego arbitror posse qsdam
homines aparuus uitiis incipientes ad tantam nequitiam peruenire. Si ta
men noluerint ad meliora conuerti. et per penitentia emendare peccata. ut et con
trarie fortitudines fiant. Et rursum cinimicus contrariusq. uirtutibus
in tantum quosdam p multa tempora uulneribus suis adhibere medicina
et fluentia prius delicta constringere. ut ad locum transeat optimo. Se
pius dicimus in infinitis ppetuisq. seculis in qbus anima subsistit. et uiuit.
sic non nullas carum ad peiora corruere. ut ultimum malitie locum teneant.
& sic quosdam pficere ut de ultimo malitie gradu ad pfectam uenian
consummatamq. uirtutem. Quibus dictis conatur ostendere. et homines udest
animas fieri posse demones. Et rursum demones in angelicam redigi
dignitatem. atq. in eodem uolumine. Sd et hoc requirendum. quare hu
mana anima nec ab his. nec ab aliis uirtutib, ad diuersa mouetur. et
putat quorundam ante quam uenirent in corpora merita pfessisse. Vt
est illud iohannis exultantis in utero matris suie. qndo ad uocem sa
lutationis marie indignam se cfabulatione ei Elisabeth confitetur. Statimq.
subiungit. Contrario paruuli. et pene lacentes malis replentur spiri
tib. et in diuinos atq. ariolos inspirantur in tantum. ut etiam demon phi
tonicum quosdam atenera etate possideat. quos derelictos et apd pru
dentiam di cum nihil tali fecerint. ut istius modi insaniam sustinerent.